Deus nō cognoscit contingentia vt futura sunt: sed eternaliter cognoscit ea vt ei sunt presentia. Prima pars conclusionis patet ex precedenti conclusione secunda pars ex. q.i. 37. distinctionis. et adhuc magis declaratur. Cum enim scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis: requirit certitudinem et determinationem in scito. sed contingens vt est futurum: non habet determinationem: ideo ex natura sua habz: q̃ nō possit subdi certe ⁊ infallibili notitie: cuius modi est scientia dei.

Aure. ħ q.i. ¶ Contra arguit Aureol. primo. Omnis propositio scita est vera: ꝓnt est scita. ſz ista ꝓpositio: an tichristꝰ erit: est scita a deo: ⁊ ẽ de futuro. ergo aliqđ verum de futuro est scitum vt futurum est.

Vtr̃ futurū vt futurū possit eē scitum. ꝓ Respondeo. Dico primo: q̃ deꝰ cognoscẽdo futurum: duo cognoscit. s. esse rei future: qđ habz in se ipa: ⁊ eē qđ habet i suis causis pp q̃ dicit futura. Rōne primi subest divine scientie: ⁊ nō rōne secundi. ꝓ Dico secundo: q̃ ista propositio antichristus erit: ẽ scita a deo: nō rōne futuritionis: sed q: scit istaz de ꝓsenti antichristus est. vnde si signaremus eternitatez ſm q̃ i se est: magis ista esset vera: antichristus ẽ: q̃ ista: antichristꝰ ẽ futurꝰ.

¶ Scđo arguit. Ex notitia attingẽte rem vt presentem: pōt inferri q̃ res sit: sed per te notitia dei attingit rem vt ꝓsens est. ergo videtur q̃ possit inferri q̃ futura sit: qđ ẽ absurdum.

ꝓ Rñdeo. primo potest negari maior. de notitia attingẽte rem vt in se ẽ ⁊ in sua causa. Exquo. n. attingit rem vt est in sua cā: non sequit q̃ sit extra suas cās. talis antē est notitia divina. Nos vero q: duz cognoscimus rem in se nō videmus eaz in causis suis: ideo ex notitia nostra attigẽte rem in se sequitur eam esse in actu.

ꝓ Dico scđo q̃ res oēs scite a deo sunt ꝓntes deo: q: attigunt ab aliqua mensura. s. ab eternitate: sūt autem future nobis.

ꝓ Dico tertio q̃ maior est falsa: qñ talis res nō attigit vt ꝓns ꝓ mēsura de qua loquimur: ſz attigat vt presens ꝓ alia mensura.

¶ Tertio. quātūcūq̃ res sint ꝓsentes eternitati adhuc restat ꝺclarare q̃ sit rō divino intellectui q̃ attigat futurꝫ positū i sua ꝓntialitate sed. s. Tho. hoc nō declarat. ergo insufficiēter ponit hāc ꝯclusionē.

¶ Rñdeo. negat̃ minor. nam ꝑ° Ꝫ gen. c. 66. dicit hoc ideo esse q: divina essentia est repñtabilis per multa que futura sunt: ⁊ ipa est similitudo futurorꝫ ⁊ eorꝫ hz ideaz.

¶ Cōtra hāc rñsionē arguit Aur. Idea abstrahit ab esse et nō esse i repñtādo. ergo nō ducit determinate in rem vt est existēs. añs ꝓbatur. idea repsentat rez sive sit sive non sit. ergo abstrahit ab esse et non esse. Aureo. vbiā.

¶ Respōdeo. negatur antecedēs. Ad ꝓbationē dico: q̃ licet repsentet rem existentem ⁊ non existē tem in comparatione ad nos: nō tamen repsentat nisi res ꝓsentes deo: cum idea non sit nisi eorꝫ que ꝓ aliquo tempore fuerūt vel sunt vel erunt. Idea nō repñtat nisi res ꝓsentes deo.

ꝓ Dico secundo: q̃ idea repsentat idiuiduū ⁊ accidētia eiꝰ: cuiusmodi sunt tps ⁊ locꝰ: ⁊ repñtat etiā eiꝰ existētiā vel nō existētiā. ⁊ ideo per talē ideā videt rosaz esse in tali tēpore: ⁊ in alio tēpore esse futurā: ⁊ sic per illā habet infallibilē notitiam de futura rosa. species antē rose in intellectu nostro repsentat tantū naturā cōmunem: ⁊ ideo nō ducit in notitiam existentie rose future.

Scotꝰ hic. ¶ Contra eandē responsionē arguit Scotus ꝑ°. Idea terminoꝝ causat tātum illā notitiā que nata est haberi ex terminis: sed notitia contingentiū non est nata haberi ex terminis cū non sit necessaria habitudo eorum adinuicē: vt patet in ista cōplexione. sortes est albus. ergo idea nō causat notitiam contingentium.

Idea dupler: ſcz tm̃ ens et ens actū simul. ¶ Respondeo. q̃ dupler est idea. Aliqua est idea termini: puta sortis que repsentat ipsum solum quātū ad eius substantiā: ⁊ de tali cōceditur maior. Alia est idea q̃ est similitudo termini: puta sortis quantū ad omnia que insunt ei. s. accidētia: esse: tēpus: locus et omnes dispositiones eiꝰ: ⁊ de tali negatur antecedens.

¶ Secūdo. qu: quid repsentat idea/naturaliꝫ repsentat: cū sit in divino intellectu ante oēz actū volūtatis. ideo si due idee repsentant sortē ⁊ eius albedinē cōplexionem: istud cōplexionum erit necessarium sortes est albus: si aūt divine erit impossibile: ita sequit q̃ omnia sint necessaria vel impossibilia. patet cōsequētia. q: ista naturaliter ⁊ nō libere repsentāt. ꝓ Respōdeo. vt habeꝫ in simil. ꝑ° di. 39. q. 1. ar. 1. ⁊. 2. ad ꝑmū. et idea repñtat naturaliꝫ quiditatē rerum creabilium ⁊ earū existētias libere. Ex hoc sequit q̃ idea repñtās hoc cōplexū sortes currit in aliquo instanti possit ipsum non repsentare. repsentat tamen ipsum infallibiliter propter immutabilitatem divine voluntatis.

ꝓ Dico secūdo q̃ talis idea adhuc

esset nec aliquo modo esset falsa: dato q̃ illa cōplexio non poneret in tali instanti: q: tūc nō haberet respectū ad illā cōplexionē: ſz ad eius oppositū: ⁊ illa que nūc repsentat sortem cursurum in tali instanti: si sortes nunq̃ fuisset in illo instanti cursurus: non repsentaret sortē in illo instāti cursurum sed eius oppositum.

¶ Ad argumentū igitur negatur antecedēs: quo ad existētias. Ad ꝓbationē dico q̃ idea est in divino intellectu ante actū volūtatis quo ad id qđ dicit in recto. s. essentiā divinā: ſz nō quo ad respectū quē iportat ad creaturā in obliq̃.

¶ Tertio. idea respectu fiendoꝝ possibiliū: que tñ nunq̃ fient: non repsentat ipsa esse futura: alioquin deus falleret. ergo nec ideas respectu possibilium fiendoꝝ.

ꝓ Rñdeo. negat̃ ꝑa: q: idee fiēdorū sunt determinate: q: repñtant rē i se ⁊ extra suas cās. ⁊ iō ꝓ illas nouit deꝰ talia esse futura. Idee aūt nō fiendoꝝ nō sunt determinate: q: divina voluntas nō ordinat eas ad productionē. et ideo ꝓ eas cognoscunt res solū: vt habēt esse in causis suis: et nō quātū ad esse quod habiture sunt in se.

Cōclo.iij.

Deus cognoscit futura cōtingẽtia esse ꝓsentia sibi ⁊ eē futura aliis. ꝓma pars ꝑz ex dictis. scđa ꝓbat de veri. q. 2. ar. 12. Deꝰ cognoscit omnē ordinē rerū. ergo cognoscit futuritionem.

Cōclo.iiij.

Cognitio dei de futuris contingentibus est infallibilis ⁊ certissima. Hāc ꝓbat. primo contra gen. c. 67. Ois cognitio q̃ fertur supra ꝓsens vt ꝓsens est: est certa: sed cognitio divina fertur supra omnia que fiūt in toto decursu tēporis: vt ꝓsentia sunt: sicut supra dixim⁹: ergo est certa. maior ꝓbat. Omnis cognitio q̃ fertur super necessariū est certa: sed omne ꝓsens dū est: est neces

Greg. h q.1.

Utrū q est p in stāti q ē necesse est esse.

Necessarium dupl'r: absolute ⁊ immutabiliter.

Oliam. in.2.

Utrū deus sit infallibilis.

Scitū a deo scia visiōis ⁊ simplicis intelligētie: diuersimode ē necessarium.

Aureo. vbiā.

Aureo. vbiā.

Cōtigētia cum sit negatio non inheret.

Necessario scientia trāsit sup obiectum primariū ittm.

farisvt ꝺ periermenias.p° & cōsimile q̄ sup ipz ferť ē necessaria.

¶Cōtra minorē hui° ꝓcessus arguit Greg.p° suppōit q aliq̄ cōtingēs:puta volitio possit fieri in instāti.Scōo supponit q cā libera sit illa q̄ positis oib°,requisitis ad actionē,pōt agere ⁊ nō agere.

¶Ex his arguit sic.In illo instāti in quo volūtas ꝓducit.a.volitionem potest eam nō ꝓducere: vt patet ex secundo ꝓsuppositō.ergo in illo instanti non est necesse volitionem a.esse et per.cōsequēs potest in illo instanti non esse.

¶Rñdeo.primo concedo primuz ꝓsuppositū.⁊ ad scōm dico q ꝑ ꝓsuppositis oib° requisitis ad agēdū:⁊ precedētibus actionē causa libera pōt agere.⁊ nō agere:posito autē tempore ⁊ mēsura in qua agit:ipsa non potest ꝓo tunc nō agere:q; talis mensura nō precedit actionem.et sic patet antecedens argumenti esse falsum.

Ꝑdico secūdo q necessarium est duplex.Aliquid est necessariū absolute.s.ex cōnexione terminoruz q; implicat cōtradictionē nō esse ipsuz:aliud est necesse necessitate immutabilitatis.Volitio q̄ est in a.instanti nō est necessaria primo modo:q; nō implicat cōtradictionē ipsam nō esse:aliquin nō posset desinere esse:⁊ idē dico de qualibet ꝓpositione de preterito in materia cōtingēti:sed est necessaria scōo mō: q; nō pōt mutari de existere in.a.instāti in nō existere in. a.instanti:quādiu.a.durat.

Ꝑdico tertio q ꝺū hec ꝓpositio est vera voluntas ꝓducit. a. in hoc instāti:est aliqua potētia potens facere eā esse falsam/ꝓ eodem instanti:⁊ per cōsequēs non est;necessaria absolute. Nam in illo instāti in quo deus ꝓducit vnū angelū:ipse habet potentiam ad nō producendū.cum hoc tñ stat: q; omnis ꝓpositio vera in aliquo instāti necessario est vera ꝓo eodem instanti:necessitate immutabilitatis de vero in falsum.

¶Cōtra hāc rñsionē arguit Okā Si volitio est in.a.instāti: possibile est per te q; nō sit in.a.instanti: q; nō implicat contradictionem: poterat enim nō ꝓduci in tali instāti.ponať ergo in esse: q; nō sit. sequitur q; ipsa simul sit et nō sit.

¶Rñdeo.q; ly iste sint simul vere. volitio est in.a.instāti ⁊ volitio pōt nō esse in.a.instāti.tñ si secunda q̄ est de possibili ponať in esse:ipsa destruet primā:que est de inesse. Aliqua em ꝓpositio de inesse stat cū aliqua de possibili:⁊ tñ nō stat cū illa de in esse:q̄ rñdet illi de possibili,vt patet de duob° cōtradictoriis quoruz qlibet est ꝓtingēs.

Clarinis pōt dici:q; vis illi° argumēti stat in ista ꝓpositione. possibili posito in esse nulluz sequitur inconueniēs.Sed si volitio est in a ⁊ possibili est ipsarū non esse in a. sequitur inconueniens.s. cōtradictoria esse simul vera.ergo nō est possibile ipsam nō esse in.a. Dico enim q; possibili in sensu cōposito posito in esse nō sequitur inconueniens:sequitur tñ aliquādo inconueniens:si ponatur in esse possibile de sensu diuiso. Nā in sensu diuiso possibile est albū esse nigrū. tñ si ponať i esse q; albū ,sit nigrū: erit inconueniēs. Quādo aūt dicit q; si volitio est in.a.possibile est q; nō sit in.a.dico q; est possibile in sensu diuiso:⁊ nō in sensu cōposito:q; sensus cōpositus: vt dicunt iuniores dialectici requirit veritatem instātaneā.⁊ cū ꝓpositio in sensu cōposito officietur: sequitur q; illa ꝓpositio esse possibilis volitio non est in instāti.a.ꝓo illo instanti quo est in instanti.a.

¶Cōtra conclusionē in se arguit Aureo.Quicquid sequit ex antecedente necessario simpliciter est simpliciter necessariū: sed sciētia dei est absolute necessaria.ergo,si ex hoc infertur euentus futuroz: sequiť q; talis euentus sit simpliciter necessarius:et per cōsequēs vanū erit consiliari de futuris:cū eueniāt immutabiliter si sunt scita a deo infallibiliter.

¶Rēspōdeo.primo negať maior. nisi tale necessariū habeat necessariā habitudinē ad consequens: Scientia aūt dei:ly in se sit necessaria:nō tñ ad scita:habet necessariam habitudinē nisi necessitate immutabilitatis:nā actus diuine sciētie potuit cadere super oppositum huius enunciabilis:Antichristus erit.et hoc intelligo de sciētia visionis:q; multa isto modo scit que potest nescire:⁊ ecōuerso:posito tamē q; aliquid ista sciētia,scierit necessario illud scit necessitate immutabilitatis. Ista em ꝓpositio.Antichristus erit:ly immutabilem veritatē ꝓo toto tēpore precedente positionem antichristi:q; ꝓo illo tēpore scit deus ipsam esse verā:q; tēpore sequēti scit ipsam esse falsaz:⁊ per ꝓns est necessariū absolute ꝓ aliqua mēsura:nō tamē est necessariū absolute simpliciter.s.ex cōneriōe terminoruz necessaria:neq; est necessariū ꝓo omni mensura.Si vero loquamur de sciētia simplicis intelligentie:deus necessitate absoluta/scit quicquid scit:nec potest scire aliquid quod ꝓtius nescinit.

Ꝑdico scōo q necessitas imutabilitatis nō excludit libertatē. et iō de his q̄ necessario tali necessitate eueniūt:possum° ꝓsiliari:q; nō est sic imutabile quin potuerit ab eterno fuisse falsuz eē ipsa futura Nā act° diuine sciētie nūq̄ trāsit in potētiā:ly semp est in actu:⁊ iō semp remanet libertate diuiuolūtatis q; futura eueniāt vel non.

¶Contra ꝓmum dictuz in hac rēspōsione arguit Aureo.p°. Illa habitudo diuine scientie ad scita scientia visionis fundatur super actu diuini intellectus:qui est necessari°.ergo ⁊ ipsa est necessaria. Ꝑ Rñdeo.negať ꝓna:q; talis habitudo nō cōsurgit ex natura rei:cū sit respectus rationis:sed ex arbitrio diuine volūtatis:⁊ pōt etiam esse cōtingens:q; creatura super quā transit est contingens.

¶Scōo.Si act° diuini intellect° trāsit cōtingēter super esse vel nō esse creature:aut ista contingētia inheret diuine essentie:⁊ hoc nō: q; nihil in deo est contingēs. aut inheret creaturis:⁊ hoc nō: quia semper quādo est transitus:oportet esse terminum ei°:sed creatura nō fuit ab eterno:quando fuit iste transitus.ergo.

Ꝑ Rñdeo.q; cōtingētia cū sit negatio.i.nō repugnātia ad esse ⁊ non esse:nullibi ꝓprie inheret:eo tñ mō quo inheret nō inheret diuine essentie nec creaturis:ly respectui rōis sciētie dei ad creaturas.

¶Tertio.Quicqd est de formali rone alicui° necessarū est necessariū:sed trāsire super obiectū est de formali rōne sciētie:ergo si sciētia sit necessaria cuiusmodi ē sciētia dei:etiā trāsitus erit necessarius.

¶Rñdeo.negať minor.nō em est absolute de rōne scie q; trāseat sup obiectū secūdariū:sed sufficit q;transeat sup primariū.scia aūt dei necessario trāsit sup essentiaz suā que est primariū ei° obiectū.

¶Cōtra.Intellectio creature nō pōt intelligi nisi itelligať creatura:ergo habitudo ad creaturā est de ratione intellectiōis creature.

¶Rñdeo. q; intellectio creature dicit duo.s.ipsam intellectionē et respectū eius ad creaturā.quo ad primū pōt intelligi.dato q; nō intelligať creatura:non aūt quo ad secundū.potest enim intelligi id quod est intellectio creature: dato q; creatura nō intelligať:nō tñ pōt intelligi q; ipsa sit intellectio terminata ad creaturam: nisi cointellecta creatura.

Cōcl'o.v. Contingentia ad vtrūlibet futuroz cognitoz stat cū infallibilitate diuine sciētie. Hāc sic ꝓbat primo cōtra gen.ca.67. Cum infallibilitate diuine scie stat q; esse

cius habeant causaz primā cōtingētē: ergo cū ea stat contingētia. ꝓña patet. q3 effectus dicit cōtingens ex causa sua proxima cōtingēte.

Utrum deus cognoscat contingentia.

¶Contra arguit. quicūq3 pōt cognoscere rez alr ꝙ̄ est. pōt accipi. ſz si res euenīūt. cōtingēter: deus pōt eas cognoscere aliter ꝙ̄ sint: pñt ēm alr euenire ꝙ̄ eueniūt: ꝯ si scit. scit contingētia: seqt ꝙ possit scipi.

Cognoscet alr ꝙ̄ est cōtingit dupliciter

¶Rñdeo. cognoscere rē alr ꝙ̄ sit pōt ee dupl'r. Uno mō in sensu cōposito. s. ꝙ res sit vno modo: et ꝙ pro tūc cognoscāt alio mō ꝙ̄ est: & sic ꝓcedit maior & negat minor. Alio modo in sensu diviso: q3 illa esse que nūc est vno modo: nō repugnat esse alio mō: & per ꝑña cognosci alio mō: & sic negat maior.

¶Scōo arguit. Et maiori de necessario & minori de inesse sequit ꝓclusio de necessario: vt ōz primo priorz. ſz in isto sillogismo oē scitū a deo de necessitate ē verū: omne futurū est scitū a deo: ergo omne futurū de necessitate est verum.

¶Rñdeo. ꝙ omne scitū a deo est necessariuz in sensu cōposito. i. vt stat sub scia dei q̄ ē immutabilis. sīr ēt oē futurū hoc mō est necessariū: cū q̄ tñ stat ꝙ i se sit ꝯtingēs & est ēt necessaria eo mō q̄ maior.

¶Tertio cognitio futurorz cōtingentiū ponit in scientia dei potētiā cōtradictionis: & per ꝑña mutabilitatē. s. posse scire: & posse nō scire: q3 talia possent euenire & nō euenire: ergo nō pñt sciri a deo cū in eo nō sit talis potentia.

¶Rñdeo. potētia cōtradictionis pōt ee in aliquo dupl'r. Primo q3 vnū cōtradictoꝝ potest esse in ee post aliud: & sic negat añs. Alio modo q3 est de se idifferēs ad ǝdictoria: ſz nō sit i eo talis successio: & sic ꝓcedit añs. ſz talis potētia ǝdictōis nō arguit mutabilitatē.

Aliqua de⁹ pre scit: que potuit nō ꝓscire

¶Quarto. Si de⁹ scit futura ꝯtingētia pōt aliquoꝝ ee ꝑscius quorz nō est ꝑscius cū aliq̄ possint euenire q̄ nō eueniūt: ergo pōt mutari.

¶Rñdeo. negat añs. ſz bñ sequit q̄ aliquoꝝ est ꝑscius quorz potuit esse nō ꝑscius: & que pōt esse est eum non ꝓscisse.

Cōclo. vſ.

Oē ꝯtingens q̄ de⁹ scinit esse futurū necessario scinit illud esse futurū. sic ꝙ ista ꝓpō est necessaria de⁹ scinit antixp̄m esse futurū. Hāc sic. pbat. 1. q. 14. art. 13. ad 3ōm. Primo omne dictū de preterito si ē verū est necessariū. ſz ista ꝓpō est ꝑa de ꝑterito: ergo. Scōo oē eternū est necessariū: ſz hoc ee scitū a deo est verū ab eterno. ꝯ.

¶Contra arguit Sco. Qñ aliqua duo ꝙuertunt in veritate. nō pōt vnū esse cōtingenter verū & aliud necessario: q3 vnū nō pōt esseverū alio nō existēte vero. ſz ista duo cōuertunt in veritate: de⁹ scit antixp̄m esse futurū: & deus vult antixp̄m esse futurū. ſz scōa est vera cōtingēter: cū deus nō velit necessario nisi voluntatem suam: ergo & prima est contingenter vera. Sco. in 1. dī. 39 q. 1.

¶Rñdeo. ꝙ vtraq3 illarum est necessaria: & licet deus velit cōtingēter creaturas: q3 ab. ekno potuit nō velle eas: tamen exquo voluit non potest eas non velle.

¶Ex hoc sequit ꝙ ista ꝓpositio de⁹ vult creaturas est necessaria tm̄ pp. immobilitatē actꝰ diuine voluntatis: nō aūt est necessaria ex parte obiecti: q3 exñtia rei future non est rō ipsi futuro q̄ subiciat diuine volūtari. Ista aūt: de⁹ scit antixp̄z esse futurū: nō solū est necessaria pp immobilitatē diuine sciēt'ie ſz ex obiecto: q3 antixp̄z ee est necessariū absolute. ꝙ illa mēsura qua ē deo ꝑis: ſz nō sit necessariū absolute simp'r. i. ꝓ omni mēsura: & ideo nō est similis ratio vtriusq3 illarū ꝓpositionum. Quā ista sit necessaria: de⁹ vult creaturas.

Cōclo. vij.

Propositio de futuro cōtingēti q̄ futurū deus scit est necessaria vno modo. s. vt subst diuine sciēt'ie: & alio modo est cōtingens. s. vt in se ꝯsiderat. Hanc ponit prima. q. vbi supra: tertio ꝓxima

gen. ca. 67. sicut enim ista ꝓpō la pis est immālis ꝫz duplicē cāzve ritatis: vnā ex seipa: alia vt sequit ex isto añte lapis itelligit: ita ista: antixp̄s erit: cū infert ex isto añte de⁹ scit antixp̄m fore ꝫz duas cās veritatis. Prīa est i ordie ad suas cās primas q̄ nō sunt determlate ad ꝓductionē antixp̄i. Scōa est q3 p̄ntialitas antixp̄i attingit a divino intuitu: & ista necessitas non ꝙenit ei rōne futuritiōis: ſz rōne p̄ntis attinctiōis ab intuitu dei: q̄ quidē necessitas dicit absoluta ꝓ mēsura qua illud p̄ns attingit: ſz ꝓ alia mensura dicit necessitas suppositionis vel consequentie.

¶Contra hanc declarationē arguit Gre. p⁹. Ista ꝓpō ātixp̄s erit si p se sumaf extra oēm ꝑña: ipsa est cōtingēs: ergo in quacūq3 ꝑña ponatur ipsa erit cōtingens. Gre. ꝫ dist. 38. q. 2.

¶Rñdeo. ꝙ semp erit simp'r contingēs: pōt tñ ee necessaria a suppositiōe. dico aūt ꝓpōnē necessariā ex suppōne qñ in ea nō pōt ee falsitas q̄din ꝫz respectū ad aliq̄ qđ supponit. sicut supposito ꝙ sortes sit alb⁹: impoſe est ꝓ tūc ꝙ sit niger. sīr supposito ꝙ de⁹ velit ꝓducere antixp̄m. ista est necessaria. antixp̄s erit q3 ꝫz reſonē p̄ntie ad veritatē huiꝰ suppositiōis deus vult ꝓducere antixp̄m.

Utrū qñ in añte ꝓit aliquid ad actū alc ꝓnēs ꝑña sit accipiē dum ſm esse q̄ ꝫz in alia.

¶Scōo arguit cōtra vnā regulā s. Tho. dicētis ꝙ qñ in añte ponit aliq̄d pertinēs ad actū anime ꝑña ē accipiēdū ſm ee q̄ ꝫz i alia.

¶Contra. Ista ꝑña est bona. Alia intelligit vere lapidē esse mālē: ꝯ est materialis: nō tñ est mālis ſm esse q̄ ꝫz in alia. & sīr in ista ꝑña. de⁹ intelligit antixp̄m ; esse futurū: ergo est futur⁹. & tñ nō est futurus ſm esse q̄ ꝫz in scientia dei.

¶Rñdeo. Illa regula sic itelligit qñ cōsequēs nō pōt verificari ſm esse rei extra animā: tunc accipiēdū est ſm esse rei q̄ habet in anima. De lapide aūt extra animam verificatur ꝙ est materialis & de antichristo ꝙ est futurus: ideo nō arguit cōtra regulam.

¶Alia vero q̄ ponit soluta sunt dist. 36. q. 2.

¶Contra eandē arguit Aureol⁹ & intendit ꝓbare ꝙ nulla ꝓpō de futuro ꝯtingenti est vera nec falsa: & ꝙ ꝑña ꝙ nō sit necessaria etiā necessitate suppōnis sed bñ divisiōetina: puta ista: antixp̄s erit vl nō erit: est vera. ꝓmo si hec est vera. Antixp̄s erit: sequit ꝙ imutabilr ꝓpō de sit vera. hoc est falsuz cū ipa sit cō tingēs: ergo nō est vera. añs ꝓba ꝯtingēs. si posset mutari de veritate in ti sit vel falsitatē marime, ista mutatio fiet in illo instāti in quo res fiet: ſz hoc est falsuz: q3 in illo instāti veritas trāsit supra ꝓteritum. nam vsq3 ad illud instās. verū fuit q3 sortes erit. ꝙ autem transit in ꝑteritū imutabile est: vt ōz. 6. ethi. Aureol⁹ & intendit vbi. ꝫ.

¶Cōfirmaf. q3 si mutaf in illo instanti hoc esset maxie: q3 eiꝰ significatū ponit in esse: ſz eius significatū est: antixp̄m esse futurum: & est falsuz per te: ergo nūq3 fuit verum ista per te: antixp̄s erit: q̄ idē habet significatum.

¶Rñdeo. negat maiorem sine ꝓma ꝑña. accipiēdo verū imutabile ꝙ absoluto & simp'r necessario. cōcedo tñ q̄ nō pōt mutari de veritate ꝑfalsitatē: ꝓ mēsura qua scit a deo. s. añ positionē rei. Ad ꝓbationem negat minor. nec eius ꝓbatio est ad ꝓpositū: q3 sensꝰ ꝓbi est ꝙ ꝑteritū nō fuerit ꝑteritū: iō non pōt fieri quin ista fuerit ꝓa. xp̄s nascef. ſz mutaf sit de veritate in falsitatem.

¶Ad cōfirmationē dico ꝙ mutaf de veritate in falsitatē: non q3 totale significatū eiꝰ ponaf in esse. s. antixp̄s & futuritio: ſz q3 ponit in esse eius partiale significatū. s. antixp̄s. & q3 ponit oppō futuritiōis.

¶Scōo arguit. Si ꝓpositio de futuro contingēti est vera. sequit ꝙ eiꝰ significatū imutabilr eueniet hoc ē falsuz ꝯ. maior ꝓbatur. illa ꝑña est bona: ex cuius opposito ꝑñis seqt oppositū añtis. naz bñ

sequit nō eueniet: ḡ nō ē futurū.

¶ Rñdeo. Dico p° q id qō est futurū in ordine ad causam primā: eueniet necessario necessitate suppositionis vt sepe dictū est.

Dico scō q aliqd est futurū in ordine ad cās secūdas: qr sunt inclinate ad pducēdū effectū: ⁊ tamen nō eueniet: qr impedienk ne effectus sequaℓ: ⁊ ideo tali ppōni de futuro nō opz aliqñ correspondere aliquā veram de presenti.

¶ Ad argumētū negatur maior. ad probationem negatur minor: vt patet ex immediate dictis. ⁊ qñ dicit phs q de futuris contingētibus nō est determinata veritas nō intēdit q propositio de futuro nō sit vera nec falsa, sed q veritas non tollit futuro contingentiaz: nec infert q futurum eueniat.

Cōclo. viij. Jsta consequētia non valet. hoc est futurum: ḡ eueniet.

Quid ē esse futurum.

¶ Pro ista cōclusione sciendū est q aliquid esse futurū nō est aliud nisi causam aliquā esse inclinatā ad eius productionē. ponatur ergo q impediaℓ: sequiℓ q illud est futurū ⁊ tñ nō eueniet: et hoc mō de° pnūciat aliqñ aliquid futurū qr. d. stinet in ordine causarū inferiorū: vtputa sm dispositionē nature vel meritorū: qō tñ non sit qr aliquando cōtinetur in causa superiori sicut cum predixit Ezech. dispone domui tue qr morieris. Jsta conclusio est sancti Doc. 1. q. 19. arti. 7. ad secūdū. de veri. q. 12. arti. 4. ad septimum.

Nō fūt pdcā in ppīi mūtidinē mittenda: qñ teste platone lingue magister ē ppīs nō ingenū

¶ Distin. xxxix.

Ad dist. 39. queritur Utrū promidentia ⁊ fatū sint idem?

Pro ista qōne hec est prima cōclusio. Scientia dei ⁊ dispositio ⁊ ars ⁊ pnidētia sunt idē re ⁊ differūt rōne. Prima pars pbaℓ: qr quicquid est in deo si sit absolutū est idē re. Secūda pars pbatur pfitēdi. q. 2. ar. 1. ⁊ de veri. q. 5. ar. 1. ad nonū. Nā cognitio quā deus hz de reb°: si absolute accipiaℓ ⁊ cū precisione ab ope re hz sciētia: scit em se ⁊ creaturas Si ho cōsideretur illa cognitio vt est cā rerū: sic hz ars. Si vero consideretur vt est respectu ordinis rerū vt egrediunk a suo principio sic hz dispositio. dicunk em aliqua disponi hz q in diuersis gradib° collocank a deo. Si aūt considere tur vt est respectu ordinis rerum sm quē ordinē ipse res ordinank ad finē: sic hz pnidentia. Pōt ergo sic describi. Promidentia est rō ordinis rerum in finem.

Cognitio ratis reb° sciētia dispō: pnidentia.

¶ Contra hanc descriptionē arguit Aureolus. pnidentia nō est id qō pnidetur: immo est actus pnidentis. sed ratio ordinis rerum in finē est id qō deus in reb° pnideret: ergo rō ordinis rerum in finē non est pnidentia: sed potius est actus promidentis.

Aureo. hic.

¶ Rñdeo primo. q ratio ordinis rerū in finē est dupler. Una est in ipsis rebus: ⁊ hec nō est pnidētia hz id qō pnideℓ. Alia est in intellectu pducētis: ⁊ hec est pnidētia.

Rō ordinis rerū dupler: in reb° ⁊ intellu

Secundo dico promidentiaz accipi dupliciter. Uno modo pro actu promidendi. Allio modo pro forma excogitata per talez actū. que forma dicit ipsa ratio ordinis rerum in finem. sīc intentio: fictio: imaginatio: oratio ⁊ multa huiusmodi accipi possunt ⁊ pro actu et pro forma per actū producta.

Dico tertio q ratio pnidētie p prius cōuenit illi forme excogitate ḡ actui. nec actus haberet rōnē pnidentie: nisi qr terminaℓ ad talē formā. nā vt inquit Boetius pnidentia est divina ratio. ratio aūt divina vt dicit Augu. in libro 83. q. est idea. idea autem non dicit actū intellectus sed formaz excogitatam.

Dico tamen quarto q pnidētia differt ab idea: qr idea pōt aliquo modo ptinere ad speculatiuā cognitionē: promidentia vero tm ad practicam: eo q importat ordinez directionis ad finem: vt dicit. s. Doc. de verita. q. 5. arti. primo. ad primum. posset tamen dici q etiā pertinet ad speculatiuā cognitionem: qr ēntum ad rōnez nominis dicit tm cognitionē ordinis eius in finem: que cognitio nondū ditur practica: ⁊ sic fōrte intellexit presenti dist. q. 2. ar. p°. ad primū. vbi dicit q promidētia pōt pertinere ad speculatiuā intellectuz. sz qr pnidentia sm propriam acceptionē nō dicit tm notitiam rei ⁊ ordinis eius in finem: sed habet ppositū exequēdi: iō ppe ptinet tantuz ad practicum intellectuz.

Conclusio. ij. Promidentia est in intellectu: sz supponit actū volūtatis. Prima pars pz ex pcedēti cōclusiōe. Secūda pbaℓ. deveri. q. 5. arti. prio. Promidētia pōsupponit volitionē finis: cū dicit ordinē rerū i finē quin pōt esse sine volitione finis: ergo presupponit aliquem actum voluntatis.

Cōclo. iij. Promidentia differt realiter a fato. probatur sic presenti distin. q. 2. arti. primo. ad quintū. Jd quod est in deo differt realiter ab eo: qō est in creatura: sz rō ordinis reruz vt est in deo dicit promidentia: ⁊ ipse ordo rebus iditis ditur fatum: ergo ⁊c.

Cur catholici doctores: nō nunch horeant nomē fati.

¶ Correl. Fatum pōt dici tantuz vnum: eo. q ordo in rebus existēs est per cōparationē ad vnum pncipiuz. possunt etiā dici multa in quātuz sunt multe cause medie ⁊ multi effectus ordinati. Jste antē ordo rerum qui dicit fatuz est relatio: cuius aliqñ doctores abhorreant hoc nomē fatuz vt vitēt errorē dicētiū oia necessitari a celo.

Aureo. hic.

¶ Cōtra. pbationē arguit Aureo. Fatum est effect° pnidētie: ergo nō est effect° promidētie. añs pbaℓ. tū auctoritate Augu. hoc dicētis lib. 5. de ciuitate dei. tū rōne

sic. mali mores hominum cadūt sub fato ⁊ nō cadūt sub pnidētia: sz bene sub pscientia. ergo fatū est effectus prescientie tantum.

¶ Rñdeo. Primo negaℓ añs. qr pnidentia includit pscientiā ⁊ aliquid addit. s. applicationē ad op° vel ad finem: ⁊ ideo quicqd cadit sub pscientia cadit ēt sub promidentia. ⁊ sic intelligit Augu. q fatum pertinet ad pscientiā nō simplr: sz inquātum pscientia includitur in promidentia.

Quo intelligaℓ q fatuz ptineat ad prescientiā.

Dico scō. q mali ⁊ vitiosi act° hominū cadūt sub pnidentia: nō qr ad eos de° aliquid ordinet: sed qr eos ad aliud ordinat. s. ad penam: ⁊ sic negatur añs.

Multas alias cōclusiones recitat que sunt. s. D. tertio ptra gen. cap. 92. Quarū vna est hec q motus bñ fortunatoz reducik ad custodiam angeli: sicut ad causam.

¶ Contra quaz sic arguit Aureo. custodiens nō causat impediētiā a salute: sz diuitie sm quas aliqs dr bene fortunat° : ipediūt aliqñ a salute: ergo nō causanℓ ab angelo custodiente.

¶ Rñdeo q diuitie ⁊ honores et hmōi aliqbus prosunt ad salutē: ⁊ hi dicunk bene fortunati vere: ⁊ per añs iste effectus reducik ad custodiā angelicā. Alij sunqbus diuitie nō sunt ad salutem: sed ad dānationē: ⁊ isti nō sunt vere bene fortunati: sed tm apparēter. ⁊ i his tales effectus nō reducūt ad angelicā custodiaz: loquiℓ aūt. s. D. de bñ fortunatis sm veritatē.

Utrum diuitie bñ fortunato rū: sint ab āgelis.

Questio. ij.

Queritur scō. Utrum promidentia et prescientia imponant rebus necessitatem?

Pro ista qōne hec est prima conclusio. Prescientia non imponit necessitatem rebus prescitis. Hanc sic pbat pfiti dist. q. 1. ar. 1. Nullus actus a volūtate cuius actus semper est in egredi et nunqñ i egresso esse: imponit re

huo necessitatē:q; cūvoluntas sit libera et eius velle non sit egressū pōt egredi et non egredi:sed p̄sciē tia cū sit eoz que tm̄ deus sit scia visionis est actus impatns a voluntate diuina:cuius actus semp est in egredi ſm rōnē:ergo ꝛc.

P̄Er hoc sequit q; Iz p̄sciat me peccaturū:tm̄ est possibile in sensu diuiso cū hoc nō p̄scire nec p̄sci uisse:ꝛ per ꝓns possibile est me nō peccare:vñ nulla necessitas ipōit mihi ad peccādū. Dico tm̄ q; ista cōditionalis est necessaria. Si deꝰ p̄scivit sortē peccaturū:sortes pec cabit.sed ans nō est necessariū ab solute:sed tm̄ necessitate immuta bilitatis: q; posito q; sciat nō pōt mutari de scire in nō scire: cū hoc tm̄ stat contingentia rerū. Et declarat a simili:sicut.n.impossibile est me videre sortē currere ꝛ q; ipe non curras: quia visus meus fertur super illuz cursuz:vt ē in mea p̄sentialitate:nec tm̄ visus meus imponit illi cursui aliquā necessitatē:ita nec diuina sciētia rebus p̄scitis. Et tm̄ in his aliqua dr̄ia: quia ego possum mutari de videre in nō videre cursum sortis: deꝰ autē si p̄scivit aliq̄d: non potest postea non p̄scire.

P̄Quinq; argumēta Aureoli sunt soluta alibi:que tm̄ facit hic.

Cōcl'o.ij. Divina p̄uidē tia nullā necessitatē absolutā imponit rebus cōtingentibus p̄uisis. huius pbatio p3 ex p̄cedēti conclusione.

Aureo. hic. ¶Cōtra arguit Aureolus.primo: quecunq; eueniūt imutabilr eueniunt necessario; necessitate absoluta:sed oia p̄uisa eueniūt imutabiliter cū eueniāt ifallibilr:g; ꝛc.

P̄Rñdeo. P̄rio negat̄ maior.vt p3 ex p̄dictis.

Utrū diuina p̄uidētia possit imutabiliter. Uno modo p̄ p̄tie:quia si est venturū ꝛ non potest mutari de venturo in non venturum:nisi forte quādo ponet in actu:quia tunc erit et tm̄ non erit futurum:et sic concedit minor: et negatur maior. Alio modo impōpt̄ie: quia.ſ.non esset in potentia aliter facere:quia illud eueniat:et sic negatur minor.nec sic euenire immutabilr est idē cū euenire infallibilr:q; ifallibilitas importat solā negationē deceptionis ꝛ fallacie:puta q; estimat aliq̄d esse futurū:qđ tm̄ nō eueniet: qđ nō pōt eē in deo. Immutabilitas aūt isto sēcūdo modo dicit negationē nō solū mutabilitatis:sed esse potentie ad oppositū. Certū est aūt in deo esse talez potentiā qua p̄ot facere ne futura eueniāt.

cessitatem ponat.

Cōcl'o.iij. Predestinatio nō impōnit necessitatē absolutā p̄destinatis ad salutādū: quin quilibet eoz ſm se,possit dānari: nō tm̄ ista copulatiua est possibilis:iste est predestinatus:ꝛ iste nō saluabit̄.primam partē ponit.s.D.p̄mo.disti. 40.q.3.ar.1.et eius pbatio patet ex p̄cedētibus. Sic.n.res alba potest esse nigra:nō tm̄ Iz. q; est alba: ita ille q; est p̄destinat⁹ pōt dānari:nō tm̄ vt stat sub p̄destinatione. Ista ergo ppositio:p̄destinat⁹ pōt dānari:est vera in sensu diuiso/ꝛ est falsa in sensu composito. sicut ꝛ ista:albū pōt esse nigrū:Iz eis sit dupler dissimilitudo. Primo quia res alba pōt mutari de albedine in nigredinē:p̄destinat⁹ autē nō pōt mutari de predestinato in non p̄destinatū. Secūdo quia p̄destinatus pōt nunq̄ fuisse p̄destinatus: q; act⁹ p̄destinatiōis nunq̄ cadit in preteritū sicut necin futurū. album aūt nō pōt;nō fuisse album.

Dupler dissimilitudo in p̄destinatus pōt dānari. album pōt esse nigrum.

Aureo. ¶Contra arguit Aureolus.Si p̄ destinatus immutabilr saluatur: ꝛ p̄scitus immutabilr dānatur: ergo p̄scitus frustra conat̄ ad bonum:et per ꝓns datur ei materia desperandi.

¶Rñdeo.negatur ꝓna.q; licet nō possit tollere actum diuine voluntatis:potest tamen facere aliqua cū quibus non stat p̄destinatio.ſ. peccare vsq; in finem.

¶Secundo arguit.Manēte conditione immutabili:fatnū est contingens ad tollendum id qđ est imutabile:illa cōditione manente: sicut fatnū est conari q; sortes non moueatur manēte conditione q; curat:sed predestinatio ꝛ prouidentia semper manēt. ergo si res eueniant necessario vt stant sub prouidentia ꝛ predestinatiōe:fatnuz est conari ad oppositum.

¶Rñdeo. Concedit totuz in sensu composito. vanū est enim conari q; aliquid simul sit prouisuz ꝛ nō eueniat. Sed in sensu diuiso negatur maior.q; signat q; demō strata re q̄ immutabiliter euenier supposita p̄ditiōe aliqua q̄ stat et est imutabilis : vanū sit conari ne res cui talia accidūt eueniāt. Absolute.n.loquēdo possibile est illū respectū rōnis positū a p̄destinatione in deo vel in re p̄destinatio ne in deo vel in re p̄destinata non esse:cum nō sit necesse eē:Iz posito q; ille respect⁹ sit vel possit postea non eē:ꝛ q; ille respectus ꝓsequit actū diuini intellꝰ ꝛ diuine voluntatis qui nunq̄ transit in p̄teritū ēt ipse nunq̄ est p̄teritus:vñ non est necessario in eternitate nisi necessitate immutabilitatis.

Quid sit de re de fecmit: dāna eiparat cognitio.

Cōcl'o.iiij. Fatū nō imponit oibus fatatis necessitatē. Hāc sic,pbat. 1.q.116.ar.3. Effectus corpoz celestium ꝛ aliaz causaz secūdarum: pōt impediri saltē in hoib⁹.ergo fatum nō imponit oib⁹ necessitatem. ꝓna p3.q; talis ordo secūdarum causarū ad aliquos effectus dicitur fatum.

Cōcl'o.v. Divina p̄uidētia est certa ꝛ infallibilis:ꝛ eius certitudo addit supra certitudinē p̄scientie. Prima pars sic,pbat.tertio cōtra gē. cap.93.divina prouidētia nō pōt falli ex mutatiōe diuine voluntatis:nec ex causis secundis cū omnes administrēt,diuine prou.dentie:nec ex defectu potentie actiue ꝛ passiue in rebus:cū ois virtus activa ꝛ passiua sit in eis ſm dispōnem diuine p̄uidētie: ergo nullo mō est fallibilis. Scōa pars sic pbat.de veri.q.6.ar.3.p̄scientia dicit tm̄ certitudinē cognitionis. p uidētia aūt dicit certitudinez cognitionis ꝛ ordinis:ergo additur ad certitudinē p̄scientie.

Cōcl'o.vj. Certitudo p̄destinationis addit ad certitudinē p̄uidētie. Hāc sic pbat vbi supra. Certitudo p̄uidētie nō est respectu partis cularis:nisi qñ cā prima necessario p̄ducit effectū. Iz p̄destinatio est certa ēt respectu particularis Iz cā prima puta liberū arbitriū nō necessario agat:q;. Pōt em̄ esse certitudo ex p̄cursu multaz causarū deficere possibiliū:quarū vnā deus ordinat loco eius q̄ deficit. ita est in ꝓposito:nā liberū arbitriū pōt deficere a salute:tm̄ in eo quē deus p̄destinat tot ac tanta adminicula ponit:puta exhortationes:ofones.ꝛ hmōi:qđ tandez saluabitur.

Hinc p̄destinatio solatiū sanctoz vocatur.

Cōcl'o.vij. Iz tā numerus p̄destinatorū q; reproborū est indeo certissimus:tā māliter q; formaliter tm̄ aliter est certus prim⁹ q; secundus. Pria ꝓs sic pbat.1.q.23.arti. 7.deo est certū q̄ ꝛ quot saluabūtur aut dānabunt:g; nūerus p̄destinatorū ꝛ p̄scitoz est deo certꝰ tā māliter q; formaliter. Scōa pars sic pbat.de veri.q.6.ar.4.certitudo p̄destinatiōis est certitudo cognitionis ꝛ ordinis : certitudo āt p̄scientie est certitudo cognitiōis tm̄.ergo aliter ē certa p̄destinatio q; p̄scientia.

Aureo; hic. ¶Cōtra arguit Aureo.Si deꝰ p̄sciret nūez p̄destinatoz: seq̄t q; nō vellet oēs saluos fieri.cuiꝰ oppositū ēt apls.seq̄t ēt q; alios destinaret ad pctm:Iz hoc est falsuz:g.

¶Rñdeo.negat̄ ꝓna. p̄o prima p te loquendo de,volūtate añte.

de volũtate aũt ꝓsequẽte cõcedo: nec sic loquit apostolus. negat ẽt ꝓntia ꝓ⁹ alia parte: qz deus nullum destinat ad peccatũ: licet alios nõ destinet ad vitaz: quos ꝑcitis eoz meritis ordinat ad penam. Nec valet ista ꝓna: deus nõ destinat istũ ad vitã: g̃ destinat ad pcm̃: qz datur mediũ. s. permittere peccatũ: qõ tñ nõ est destinare peccatum.

Dei erõe pro rũpas: intelligẽ hec nkas suꝓ mẽ tes.

Distinctio. xl.

In di. 40. queritur utrũ p̃destinati de necessitate saluẽt?

Pro qõne hec est prima pcl̃o. Predestinatio essentialiter pertinet ad intellectum. Hanc sic ꝓbat. de veri. q. 6. ar. 1. Quicqd est rõ ordinis alicuius rei in vitam eternaz: pertinet ad intellectum cuius est ordinare: sed predestinatio est huiusmodi: ergo ꝛc.

Aureo. Contra minorẽ arguit Aureo. Iste ordo est propositũ divine volũtatis: aut est quid existẽs in divino intellectu obiective: sed nullum istorũ est predestinatio: g̃ ꝛc. maior ꝑz ex sufficienti divisione. minor probatur. Pro ꝓma parte velleduinũ abstrahit ab oi futuritione: ergo nõ est p̃destinatio q̃

Utrum p̃destinatio sit ordo.

respicit aliqd vt est futurum: sicut ex vi nominis ꝑz. Scda pars ꝓbatur. predestinatio hz causalitatem super cõsecutionẽ glorie: sed ordo existẽs in intellectu obiective non habet causalitatez: quod patet. Si eñ eẽt in intellectu angelico vel humano nõ causaret salutem: ergo ꝛc.

Rñdeo. Ordo aliquis nõ est predestinatio: sed rõ ordinis est p̃destinatio. Et hec rõ ordinis est ipse diuinus itellect⁹ ꝛ divina eẽntia qne est obiective in intellectu vt cognitum in cognoscente.

Ad improbationẽ dr ꝙ hz causalitatẽ eo mõ quo divina sciẽtia adiuncta volũtate. ꝓma parte. q. 19. ar. 4. ad quartũ.

Cõcl'o. i. Predestinatio addit sup ꝓ uidentiam. primo sen. dist. 40. q. 1. ar. 2.

Cõcl'o. ii. Predestinatio realiter ẽ in predestinãte ꝛ nõ in p̃destinato: hz aliqd ponat in p̃destinato. 1. parte. q. 23. ar. 2. ꝛ ꝓmo sent. vbi s. ar. 1. ad primum.

Cõcl'o. iii. Liber vite differt ꝑm rõnẽ a p̃destinatione: hz sit p̃destinatio ꝑm rez. prima parte. q. 24. art. 1. Item de veri. q. 7. art. 4. Et primo sen. vbi s. q. 3. ar. 3. Item. 3. sen. dist. 31. q. 1. ar. 1. questiuncula prima.

Cõcl'o. v. Reprobatio ẽ ꝓscientia iniq̃tatis cum voluntate permittẽdi casum in culpam ꝛ inferendi dãnationẽ ꝓ culpa. ꝓma parte. q. 23. ar. 3. Item ꝓmo sent. vbi s. q. 4. arti. 1. Item de veri. q. 6. ar. primo ad vltimum.

Difficultas quo ad ultimum hic expedit vt satis doctrinamus non curiosius.

Cõcl'o. vi. Reprobatio aliter se hz ad malum reprobati: ꝙ̃ predestinatio ad bonũ p̃destinati. ꝓma p te. q. 23. ar. 3. ad scõm.

Concl'o. vii. Notitia quã deꝰ habet de reprobatione malorum non dicitur liber mortis. sicut notitia quam habet de predestinatione beatorum: dicitur liber vite de verita. q. 7. articu. 8. Item prima parte. q. 24. articu. primo ad tertium. Item tertio senten. q. 2. artic. 2. licet videatur a predictis dissonare.

Distinctio. xli.

In di. 41. Queritur utrũ prescięcia meritoꝝ sit cã p̃destinationis?

Pro hac qõne hec est prima con-

ma pcl̃o. Nec merita, nec demerita sunt cã predestinationis ex pte actus predestinantis. hanc sic ꝓbat. 1. parte. q. 23. ar. 5. Quicqd est cã actus predestinantis est cã diuine voluntatis quã includit p̃destinatio. sed nulla est cã diuine voluntatis. ergo ꝛc.

Cõcl'o. ii. Effectus predestinationis nõ datur alicui ꝓpter merita existentia in alia vita.

Reuocat primo pelagy.

Cõcl'o. iii. Merita existẽtia i hac vita: nõ sunt rõ effect⁹ p̃destinationis eo mõ q̃ dixit Pelagi⁹ dicens ꝙ alicui dar effect⁹ p̃destinatiõis ꝛ alteri nõ: qz vnus dedit initium se preparãdo ꝛ alius non.

Cõcl'o. iiii. Merita seũdum effectũ p̃destinationis non sunt causa predestinationis.

Cõcl'o. v. Licet aliqs effectus p̃destinationis in particulari habeat cãm ex parte nr̃a: nam gr̃a est cã meritoꝝ glorie: tñ totalis effectus p̃destinationis nullã hz causam ex parte nostra.

Cõcl'o. vi. Divina bonitas est cã totalis effect⁹ p̃destinatiõis: oẽs istas pcl̃ones põit. s. T. i. p. q. 23.

Concl'o. vii. Et divina bonitate sumit rõ predestinatiõis ꝛ reprobatiõis aliquoꝝ: hãc sic ꝓbat vbi s. ad tertiũ. Et eo sumit rõ p̃destinationis ꝛ reprobationis. vñ sumit rõ manifestatiõis divine iustitie ꝛ misericordie: qz ꝑ predestinationẽ manifestat misericordia: ꝙ reprobationẽ iustitia. hz divina bonitas est rõ ꝙ manifestet in reb⁹ iustitia ꝛ misericordia. g̃ ꝛc.

Aureo. pic. q. 1. Arguit Aureo. contra. Prio dato ꝙ nullus eẽt reprobat⁹: adhuc manifestaret i beatis iustitia: cũ apls dicat redditã eẽ sibi coronã iustitie. g̃ rõ reprobatiõis non est manifestatio iustitie.

Rñdeo. negat ꝓna. qz si nullus dãnaret nõ reluceret divina iustitia tot modis. nõ eñ reluceret iustitia punitiua eternaliter.

Scõ arguit. Nullũ ꝑ se intẽtũ est rõ ei⁹ qõ ẽ imẽtũ solũ ꝑ accñs. hz iustitia dei est itẽta ꝑ se ꝛ reprobatio ꝑ accñs: cũ sit malũ. g̃ iustitia nõ est causa reprobationis.

Rñdeo. negat minor: ꝓ scõa pte. Prescięs. n. deꝰ aliquoꝝ peccata q̃ nullo mõ ab eo sunt intẽta ꝓpo sunt nõ liberare eos in pñti: hz punire i futuro: qõ ẽ reprobare: nec est verum ꝙ reprobatio sit mala: vñ deus reprobãdo aliqs nõ facit malũ: hz ꝓponit ꝑmittere malavt inde eliciat aliqd bonũ. s. aliquez gradũ pfectionis vniuersi: ꝛ hoc ptinet ad optimũ ꝓpositũ: hz hoc cedat in malũ aliquaꝝ particularium partiũ vniuersi: qz bonitati preponderat bonitas vniuersi.

Reprobare ptinet ad optimũ ꝓpositũ.

Dico scõdo: q reprobatio respicit duo. s. malitiã ꝛ punitionẽ: tamẽ aliter ꝛ aliter: qz punitio cum cadat sub recto ordine ꝓuidentie ꝛ reprobationis: que est pars ꝓuidentie: ordinat ad aliũ. s. ad manifestationẽ diuine iustitie: ꝛ etiã ad ipsam aliud ordinatur: scz culpa. Malitia vero q: erat a recto ordine: ordinat tñ ad aliud. s. ad penam: nec ad ipsam malitiã aliud ordinatur.

Reprobatio dicitur aliter ꝛ aliter: qz punitio cum cadat sub recto ordine ꝓuidentie ꝛ de pena ꝛ malitiam. uersimo reprobationis: que est pars ꝓuidentie: ordinat ad aliũ. s. ad manifestationẽ diuine iustitie: ꝛ etiã ad ipsam aliud ordinatur: scz culpa. Malitia vero q: exit a recto ordine: ordinat tñ ad aliud. s. ad penam: nec ad ipsam malitiã aliud ordinatur.

Cõtra arguit. Dẽ ꝓuisus a deo est tñ a deo: sed malitia ex dictis in hac rñsione est ꝓuisa a deo. ergo sequit ꝙ sit creata a deo.

Rñdeo. negat maior: de eo ꝙ est ꝓuisum solũ ꝓuidẽtia ꝓcessionis ꝛ nõ ꝓuidentia approbationis.

Prouidentia dei duplex: cõcessiõis ꝛ approbatiõis

Tertio sic arguit. Nulla iustitia punitiua est ꝑ se intẽta: sicut nec pena. g̃ reprobatio nõ est i aliquo vt eluceat iustitia punitiua.

Rñdeo. negat añs. cũ ois ꝑfõ iustitie sit quedã perfectio: ꝛ per ꝑfõs ꝓpter se appetenda. concedo tamen ꝙ pena non appetit ꝓpter se: sed ꝓpter ordinẽ iustitie in ea relucentem.

Cōcto.viij. Sola diuina voluntas est ratio: q istos reprobet ⁊ illos eligat in gloriā. hāc pbat. i. q. 23. ar. 5. ad tertiū. auctoritate apostoli ad ro. 9. c. ⁊ matth. 20.

Aureo. vbi. s. Utrum deus odiādo ⁊ esse crudelis: sz de⁹ nō est crudelis: ergo nullū reprobat pro libito voluntatis sue.

¶ Cōtra arguit Aureol. Quicūq; aliquos reprobat p libito voluntatis sue: videt delectari in penis ⁊ esse crudelis: sz de⁹ nō est crudelis: ergo nullū reprobat pro libito voluntatis sue.

¶ Respōdeo. negat maiorē. si talis non intēdat penam per se. sed ordinem iustitie quo culpa ordinatur in penā: ⁊ pena in reluctantiā diuine iustitie: ⁊ illa relucētia ī diuinaz bonitatē que oia sunt in diuina reprobatione.

Sat sit catholico incōphēsibile hanc qōnem: tīa ⁊ata angelici, d. expōnē illustratam

P Dico scō: q de⁹ nō ordinat hominē ad penā pure ex libito voluntatis sue: scilicet absq; demerito hominis: quia licet nulla sit causa reprobatiōis ex parte reprobā tis: tñ effectus reprobationis habet causam ex parte reprobati. s. culpam: que nō est effectus reprobationis: sed est causa meritoria effectꝰ reprobationis: nec est crudelitatis tribuere rei id qđ ei ꝙuenit p̄ter eius dispositiones: dispositiones aūt peccatoris merentur penam eternam.

¶ Distinctio. xlij.

Est dist. 42. Querit virū i deo sit oipotentia.

Proqōne hec est prima cōclusio. Nulla potentia passiua adequat potentiā actiuā dei: quānis materia p̄ma possit multas formas recipere: ad quas nō est in potentia naturali. Prima pars sic probatur. tertio contra gen. ca. 22. Nulla potētia finita adequat potentiam infinitam: sed potētia actiua dei est infinita: et potentia passiua materie est finita: cum non sit ad quantūcunq; quantitatē. ꝙ dicit phō. 3. physi. nec ad omnem formaz: sz tantum ad formas naturales. ergo ⁊c. Scōa pars ꝑbatur. Multas formas potest inducere deus in mā: que non possunt induci per agēs nāle: vt est glorificatio corpoꝝ: ⁊ alia hmōi. ꝙ mā nō est ad eas in potentia naturali.

text. 3. 3.

¶ Cōtra scōam partē arguit Aureo. p̄mo. Si ignobilior dria est in nā: opz ⁊ nobilior dria in nā eē in eodē ordine: sz potētia materie ⁊ actus sunt dria quarum ignobilior: scilicet materia ē nata recipere oēs formas: vt dicit Cōmē. primo phy. cō. 69. oportet ergo dare vnum actū infra eundē ordinē. s. in ordine creature: q̄ possit trahere mām ad oēs istas formas.

Aureo. ī. 2. dist. 42. q. 4.

¶ Rndeo. ⁊ dico p̄mo: q̄ in mā est duplex potētia. Una ē potētia naturalis: q̄ nō est aliꝰ ab ipsa eētia māe cū respectu ad actū p̄mū q̄ est eē inducibile p agēs nāle. pp hoc. n. potētia māe nō distinguit ab eiꝰ eētia: q̄ actus ⁊ potētia: sunt in eodē gne: sz actꝰ quē p̄to ⁊ per se respicit potētia materie ē esse sōale. ꝙ potētia māe est in eodē gne. s. in gne sbe. ois aūt distincta ab eētia eius cuiꝰ est potētia est accns. Alia est potētia obediētialis que est ēt ipsa essentia māe p̄m rem: sed addit respectū ad potentiam actiuā dei. Dicit em̄ potentia obediētialis in ordine ad ea q̄ possunt induci tm̄ per agens supernāle. loquendo ꝙ de potētia naturali ꝓcedit maior. sz de obediētiali negat: q̄ agēs qđ inducit formā ad quam mā est in potētia obediētiali: nō est in eodē ordine cū materia: sz extra omnem ordinē creature ⁊ iste est deus.

Potentia naturalis. Potentia obediētialis.

P Dico scō: q̄ ꝓter hoc sunt in mā etiā inchoationes formarū: ⁊ sūt ꝓpertinēt ad potentiā passiuā ei⁹. cum non sint aliud nisi habilitas materie ad recipiēdū. Sunt enim rōnes seminales: q̄ nō sunt aliq̄s virtus actiua incōpleta in nā: vt calo: frigus: forma ignis: virtꝰ

In mā sūt ꝓpria semina.

lis ⁊ hmōi. ⁊ dicunt seminales: q̄ rerū idiuiduis p̄mo creatis collate sunt: vt ex eis q̄si ex seminibus ꝓducerētur ⁊ multiplicarent res nāles. Preter istas dant ēt forme primordiales: que sunt ipse forme rerū vt exist̄ūt in arte diuina. Nā vt sic sunt p̄ncipia p̄ma rerū ꝓducendarū. 2. di. 18. q. 1. ar.

Rōnes seminales.

Aureo. vbi. s. Utrum potētia obediēnar sit essentia māe cū tali respectu.

¶ Cōtra id qđ dictū est de potētia obediētiali arguit sic Aureo. Si potentia obediētialis est essentia materie/cum tali respectu: sequit q̄ sit quid positiuū: sed hoc est falsum. ergo ⁊c. maior: pz minor: ꝓbat. creature q̄ nondū create sunt dicunt eē in potētia creatoris. sed hoc non est rōne alicuius positiui q̄ sit in eis. ergo ⁊c.

¶ Et cōfirmat: q̄ illa relatio quā dicis fundari in mā in ordine ad deū est ēt ipsa in potētia obediēti li. ergo fūdat aliā relationē ⁊ illa aliā ⁊ sic in infinitum.

Potentia obediētialis nō ponit aliquid in re.

Duplex potentia obediēti.

¶ Rndeo. q̄ dupler est potentia obediētie. Una ad recipiendum: ⁊ hoc cōuenit tm̄ materie ⁊ loco: et aliꝰ potentiꝰ receptiuis: ⁊ talis potentia est qđ positiuum. Alia est potētia ad esse vt nō eē: ⁊ ista ꝙuenit ol nature i ordine. ad deū. ꝓma potētia ē realis ⁊ de tali loquebamur. scōa ē rōnis: ⁊ de tali ꝓcedit argumētū. relatio enim rōnis pōt fundari in re nō existēte.

¶ Ad ꝓmationē dico q̄ illa relatio est in potētia obediētie scōo modo ⁊ non primo modo.

P Dico scō: q̄ potētia obedientie quaz hñt ea. q̄ nunq̄ ꝓducent ⁊ q̄ solū sunt creabilia: nō est aliō ab illa rone rōis. illa aūt q̄ iz nūq̄ erūt tm̄ non tm̄ sūt creabilia: sed q̄ de⁹ posset māe ipam mere iz nunq̄ ipamet: hñt potētiā q̄ est relatio realis ī materia fundata ⁊ ad deū terminata.

¶ Scō principaliꝫ arguit. Si mā est in potentia ad aliquā formā: q̄ nō pōt induci agēs nāle: hoc esset maxime de illis q̄ fiūt p miraculū: vt ē resurrectio mortuoꝝ. sz talis

forma. s. alia pōt induci per agens nāle ordine quodā: vt dr. 8. metaph. cō. 18. nā cadauer resoluit ī ārtuor elemēta: deinde forme q̄ sunt iter ārtuor elementa generabunt: ⁊ sic vita generabitur necessario.

P Rndeo. negat minorē: quā iste pbat vno exēplo vtr: que ꝓbatio est nulla. Multe enim alie forme sunt nō ꝓnt induci ab agente nāli creato: vt pz de subtilitate ⁊ agilitate ⁊ alijs dotibus corporis stella q̄ Maggis apparuit: vt pz de loquutiōe asine Balaam. ⁊ de hmōi.

Exēplificatio. queūt induci ab agē te nāli.

¶ Cōclusio. ij.

Potentia dei ē oipotētia. ꝓbat hāc sic. scō Sz gē. c. 22. illa potētia est omnipotētia que potest in omne ens: sz potētia dei est huiusmodi. ergo ⁊c. maior: pz ex terminis: minor ꝓbat. omnis virtus perfecta pōt in oia: q̄ cōtinenꝫ sub suo adeq̄to obo: sz potentia dei est perfecta ⁊ eius obz ade quatū est ens: cuz vniuersalissime cause rndeat vltimus effectus. ergo potest in omne ens.

¶ Ex hoc sequit ꝓmo corrolarie. q̄ deus dī oipotens: q: pōt in oē: q̄ nō implicat ꝓtradictionez. ꝓbatur. 1. p. q. 25. arti. 3. deus dicit oipotēs: q: potest omne qđ hz rationez entis siue q̄ potest esse terminus actionis: sed oia que non implicāt cōtradictionez pñt habere rationem entis: ergo ⁊c.

¶ Corrolariū scōz. de⁹ nō pōt facere ꝓterita nō fuisse: ꝓbatio huius est: q: ꝓterita nō fuisse: implicat contradictionem.

¶ Cōtra ꝓmū corrolariū arguit Aureo. deus pōt facere accns sine subst̄ātia: ⁊ animal sine omni mēbrio organico: ⁊ duo corpora esse simul in eodem situ: ⁊ aliquid ex nihilo: sed oia ista implicant cōtradictionē. ergo deus pōt facere aliqua q̄ implicāt cōtradictionē.

Aureo. vbi. s. Utrum de⁹ possit facere ipli cās contradictionē.

¶ Ex his cōcludit. q̄ pōt omnia illa: q̄ non repugnāt ꝓmo ꝓncipio s. q̄ affirmatio ⁊ negatio non pōt

Universidad de Navarra

sunt simul eidem conuenire. hinc autem principio dicit repugnare tantū illa:in quibus oppositū differentionis predicat de diffinito.

Nullus vere rū ē contrarius rōni nāli: lz aliqđ sit supra.

¶Rñdeo. primo dico q̄ quicq̄d deus pōt facere/pōt etiā nobis revelare saltē successiue:& si forte nō simul. Deus autez non pōt nobis revelare aliquid cōtrariū rationi naturali:cū omne qđ deꝰ revelat sit verum:& nullū verum cōtrariū sit rationi nāli licet aliqđ verū sit supra rationem naturalem.

Impossibile ēē aial eē: nā est quantū:qz quātitas ē pro nō organicū.

Pdico scđo.q̄ nō solū est impoſe id qđ repugnat ꝓpositioni vere in ꝑmo modo dicēdi per se i quo diffinitio p̄dicat de diffinito:lz etiaz est impoſe id qđ repugnat ꝓpositionivere in scđo modo dicēdi per se.nā ista est simplr impoſsibilis.aliqua humanitas est que nō depēdet a deo.& ista.aliqđ distinctū a deo est equale deo.& multe tales.ꝓpositiones in quibꝰ.ꝓpria passio negat de subo suo:q̄s deꝰ de sua potētia absoluta nō posset ꝟificare.

